



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinij Ordinis
Vetustißimi Amplißimique, Nostra, ac supera ætate
Jmmarcescibilis Vigor, ac Viror**

Bucelin, Gabriel

[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.

Annus Iesu Christi. M.D.X. sancti Patris Benedicti. MXXX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38498

ANNUS IESU CHRISTI. M. D. X.
sancti Patris Benedicti. MXXX.

*V. Garfias
Cisneros
moritur.*

SUPREMIUS hic annus beatae memoriae Garfiae de Cisneros, Congregationis & Reformationis Montserratensis Authori meritissimo, & Augustissimi illius Benedictae Matris Virginis Domicilij & Archisterij dignissimo Antistiti. Is mediocri parentela in Carpentania natus, valedicens litteris, ad Canobicum convolvit, in S. P. N. Benedicti intra Pincianum oppidum, Monachum professus. Novitij fervore in omni reliqua vita retinuit: non Regulam solummodo diligentissimè observans, sed longe majorem supra Regulae dictata rigorem amplexus, quo carnem certius, pleniusque edomaret ac Spiritui subijceret. A vino saepe abstinuit, saepe pane solo ac frigidâ contentus, saepe aspera hyeme nudipes incessit. Mira ut gravitas viri fuit, ita mansuetudo animi gratissima omnibus, & amica vultus serenitas gravitatem temperavit. Quidquid ab orationis & litterarum studijs supererat temporis, totum sacrae lectioni impendebat. Meditationis studio totus flagrans, post preces in Choro Nocturnas, omne deinceps tempus meditando assuetus exigere, falsus familiaribus, sequandoque incognita perfundi fragrantia, interdum caelestem percepisse harmoniam, saepe mente altius elevari, tantaque affici dulcedine & consolatione, ut cum Petro in illa erumperet: *Domine bonum est nos hic esse.* Nec mirum; cum praecipuus ejus, quo hodie sacri utimur Meditationis modi Author, dubio procul, ante alios, Divinitus sibi collato meditandi fructu uberius & sapidius frueretur; à quo tantum bonum in tot Religiosorum, omnium Ordinum & Congregationum, millia, tanto deinceps cum merito atque utilitate erat derivandum. Praepositus Canobij designatus, solidissimum sanctitatis exemplar, omnibus fuit, omnibus & venerationi summæ & admirationi. Disciplinae Monachicae Zelator strenuus, ad amissim Regulæ boni Abbatis & superioris formatissimus, vitia sola odisse, fratres solidè & verè paternè dilexisse comprobatus est. Fama virtutis atque eruditionis Ferdinando Regi Catholico proditus, pe-

*Abstinencia
ejusdem.*

*Contem-
plationis
gratia.*

*Praepositus
Canobij.*

tente eodem [cum reformandum. Montserratense Cænobium esset] ejusdem Abbas declaratus est, & Archidux factus, absolutissima Reformationis. Quae Praefectura etsi triennium tantum ex instituto Congregationis duraret, ad ipsum tamen pro meritis viri saepius redijt, ita ut decem & octo annis, incredibili cum fructu, uti & auctoritate praeslet. Reddidit autem Archisterium illud, toti Christiano orbi spectatissimum & celeberrimum, in quod è caelis immigrasse Coelorum Augustissima Imperatrix videretur, & in plenitudine Sanctorum illic detentam, usque hodie suam fixisse Habitationem, & Augustam Reginae juxta in terris, Residentiam, ut vocant, sibi delegisse. Cujus cultum, quanto fervore Garfias promoverit, qualem se famulum tantae Dominae exhibuerit, nemo imaginari satis, nedum quiverit explicare. Omnibus vere omnia factus, cum perfectissimos è discipulis, per Anachoretarum sacro in monte Cellulas apè distribuisset, assiduo Contemplationis devotissimos studio, ipse Canobiticae vitae ita junxit solitariam, ut in utriusque solertissima cura, utriusque lucrum haberet in promptu, praemium in expectatione, contemplationis studio planè irremisso, quo ipso etiam negotia omnia temperabat; plus omnibus vigilans, plus omnibus laborans, orans, jejunans, nunquam cujquam loquutus, nisi & DEI sui & DEIPARAE meminisset; jugiter considerans, loci DEIPARAE unice sacri & chari dignitatem, suam accusans indignitatem, inde solitus nudipes, per aspera montis altissimi, ad singulas Eremitarum suorum cellulas eniti, ut sacra eis Spiritus solatia afferret; & quodcumque per graviora Congregationis & Monasterij negotia posset, toras subinde hebdomades in Eremitorio sibi reservato, latitare & Divinis rebus vacare, atque *EXERCITIORUM SACRORUM*, adeo hodie commendatorum, & sancto Ignatio ejusdemque Societatis laudatissimis Patribus amicorum & solemnum, Religiosis omnibus utilium & desiderabilium, solidiora & compertiora fundamenta seipsum prjus, quam alios *EXERCENDO*, ponere; cujus postea strenuum imitatore S.

*Abbas de
signatur.*

*Reforma-
tor strenuus*

*Eremita
nostri
Montser-
ratenses.*

*Exercitio-
rum sacro-
rum Au-
thor pri-
mazius.*

Ignatius

Ignatius se praeiit & à Garfiae discipulo Joanne Clanonio modum edoctus, professor postea & propagator praecipuus tam sanctae artis & Exercitationis evasit. Caeterum quoniam inde prodiret Cisterius, caeleste quid vultu & verbis spirare visus est. Nequid autem per hanc suam absentiam, res domestica damni pateretur, ferventem spiritu Monachum, Petrum Burgensem Oeconomiae praefecit; ipse ante omnia, quae animos suorum & disciplinam Monasticam concernebant, magno animo & amore aggressus. Silentij observantissimus, huius curam suis quam maxime commendavit, absque hoc disciplinam omnem Canobiorum nullam asseverans, omnique laxitati, odijque ac similitudinibus, nec non gravissimis peccatis aditum aperiri. In peregrinos mirè hospitalis, non solum corpore, sed mente largius resectos, pleniusque solatij à se dimisit. Lachrymarum gratia felicissimus extitit, & dulcoribus Divinis insecatus, saepe inter contemplandum, confusam quandam, vocem emisit, quae inexpertos in stuporem verteret, expertos mirè accenderet, & inescaret. In adversis magna ejus patientia eluxit; in prosperis modestia, & insignis in DEUM grati animi contestatio. A Ferdinando & Isabella Regibus Legatus ad Galliarum Regem missus, re feliciter confecta ad Canobium suum rediit, & quantumcunque potuit se condidit: tantum abest, ut Aulam sequutus gratiam & praemia exambiret. Moriturus, Contemplationis & Orationis studium suis commendavit, & sacris omnibus ritè munus, post omnes Patres Fratresque Osculo exceptos sanctissimè obijt hoc anno 1510. aetatis quinto & quinquagesimo, vigesimo septimo Novembris, relictis egregijs aliquot ingenij & suae pietatis monumentis. Quae inter praeter alijs celebratur.:

Lachrymarum doctum.

Lachrymarum doctum.

Legatus ad Regem Galliarum.

Sancti monumentum.

Quod Garfiae docet, Gratia posse dabit Ex vita ejusdem quam peres nos M.S. tam re. nemus, Antonio de Tepes. Constant. Cap. 22. &c. De quadruplici DEUM laudanum genere, per Eundem Cisterium in Monte Serrato instituto, & ab hoc dimanante fructu, consulendus Jepsius citatus. In Monasterio S. Florini Schönauugiensi extinguitur Joannes Schwellmius ex Priore olim loci, Abbas optimus, Melchioris pari Religione & eruditione successor meritisissimus, uterque relictis egregij ingenij monumentis celebrat.

3. LEGES HEREMITARUM *Ingenij monumenta.*
Monteserratenium.

Lusit in librum Lusitanus quidem Poeta sequenti Poemate.

Via sceleris delere notas? vis lumine mentē.

Lustrari? uniri vis & amore DEO?

Hac documēta tibi Cisterius ordine pandit.

Perlege:olve animo: pecciore conde tuo.

Nempe canit blando moriens ut gutture

Cygnus:

Sic mundo moriens, hos dedit ille modos.

Tu lachrymas da, corda para, Christi ignibus arde:

Quod Garfiae docet, Gratia posse dabit

Ex vita ejusdem quam peres nos M.S.

tam re. nemus, Antonio de Tepes. Con-

stant. Cap. 22. &c. De quadruplici

DEUM laudanum genere, per

Eundem Cisterium in Monte Serrato

instituto, & ab hoc dimanante fructu,

consulendus Jepsius citatus. In Mo-

nasterio S. Florini Schönauugiensi

extinguitur Joannes Schwellmius ex Pri-

ore olim loci, Abbas optimus, Mel-

chioris pari Religione & eruditione

successor meritisissimus, uterque relictis

egregij ingenij monumentis celebrat.

In Canobio item celeberrimo S.

Martini Tornacensis diem supremum

claudit Nicolaus Flamengus de suis

egregie meritis Abbas quibus scientia

& pietate mirè praeluxit & ignorantis-

simo perditissimoque saeculo, Biblio-

thecam insignem pretiosissima libro-

rum supellectile instruxit.

ANNUS IESU CHRISTI M.D. XI.

sancti Patris Benedicti. M. XXXI.

Obscurat, omnia omnium ferè

merita, nimio suo splendore Ve-

nerabilis & immortalis sanè memo-

ria vir Abbas noster Spanheimensis

Joannes Trithemius, adeo ut nec memi-

nisse quidem, virorum sanctitate at-

que eruditione clarissimorum libeat.

dum miranda & memoranda unius

viri, quanto plus merentur admiratio-

nis, tanto magis ut describamus & ce-

lebremus perurgent. At vero relictis,

quibus Ordinem solum nostrum, &

Germaniae Monasteria devinxit, me-

ritis; ea, pro quibus ipsi debitor est

Univercon demeretur posterita-

orbis terrarum univertus, unius inge-

nij partum tam multiplicem inoe-

cundissimo caeteroquin talium saeculo,

quo tamen non solum istud implevit,

sed sequutura omnia immortaliter do-

meruit,

2. DIRECTORIUM HORARUM
Canonicarum.

L. EXERCITATORIUM VITAE SPIRITUALIS. Volumen insignis, omnem omnino materiam rerum sacrarum quasi exhaustientem librum & mirifice animis instillantem, usque hodie necdum integrè exactam sed ut magnum Theaurum posteritati asseruatam.

Quadruplex psalterium genus.

Joan. Abb. Schönauugiensium.

Nicolaus Flamengus Abbas.

Joannes Trithemius

Univercon demeretur posteritatem.